

MONITUM IN OPUSCULUM SEQUENS.

Quantum arte poetica valuerit Hildebertus vel hoc solo poemate liquet; licet enim ibi metri leges aliquando paulo liberius transgressus fuerit, hoc quantulumcumque viliū sensuum nobilitas, ludus in verbis, et licita poetis orationis oblectamenta abunde compensant, quibus tamen more suo lectorum mentes a terrenis ad cœlestia conetur erigere. Hoc autem e manuscripto Colbertino num. 3019 eruiimus, ubi sub Hildeberti nomine transcriptum dicebatur e manuscripto codice num. 4 monasterii Breennensis dicecesis Suessionensis ordinis Præmonstratensis.

DE ORNATU MUNDI.

Mundi ornatum depingit, et perlurum demonstrat, ac proinde ad immarcessibiles cœli delicias invitat.

Erige, Chio, stylum cultum sermonis inaura,
Os resperge meum nectaris imbre tui.
Hanc imitator apem, cujus prudentia ceram
Jejunam mellis non sinit esse suam.
Mella nisi dederis, mea cera favum sinit, ergo
Ros mihi mellifluis stillet ab ore tuo,
Est nemus unde loquor, nemus ausum tangere
[nubes,
Hic locus æmulus est, o paradise! tuus.
Hic experta fuit natura quid ars sua posset,
Et, quanto potuit, pinxit honore locum.
Nam stillavit in hæc loca quædam gloria rerum,
Sed quasi cum nimbo copia fluxit opum.
Spirat ibi nardus, nascuntur aromata, nectar
Conficitur, sudant balsama, mella fluunt,
Poma rubus, lautus bacchas, oleaster olivam,
Spina rosas gignit, lac pecus, uva merum.
Quælibet arbor ibi geminum sortitur honorem,
Rami parturiunt, palliat umbra solum.
Ramorum populus et fructu gaudet et umbra,
Pellitur inde fames, tollitur inde calor.
Hic videas ulmum quam non sinit esse punicam
Vitis, et in fructum postulat ejus opem.
Quodam conjugio sibi nubunt vitis et ulmus,
Vitis quippe merum concipit, ulmus alit.
Surgit, floret, olet ibi cedrus, palma, cypressus;
Stat cedrus, floret palma, cypressus olet.
Malus, oliva, pirus rubet, hinc viret, hinc tument
[inde
Hæc pomis illa frondibus; illa piris.
Ut neque de vulgo lignorum mentio fiat,
Excedent numerum cœtera ligna tamen.
Mella vel uva, thure vel herba silva superbit;
Mel fluit, uva madet, thus olet, herba viret.
Hæc duo commendat sapor, illa duo vigor, illa
1189 Convivæ sapiunt, febribus illa valent.
Pellit ab ore sitim, tollit de corpore febrem
Ille vel ille sapor, ille vel ille vigor.
Rupis dorsa tument, ubi parvis saucia rimis
In medio rimæ gurgitis instar habent.
Fonticulus foris erumpens singultat in ore,

A Gurgitis hinc videas ludere fontis squam.
Ultima pars rupis rostri mentita figuram,
Quæ de rupe fluunt suscipit hospes aquas.
Podit in hoc rostro geminum natura foramen,
Ut foris emungat utraque maris aquam.
O quam lascivus fons! quam lascivia dulcis!
Hinc aqua ludit, et hinc garrit, et inde salit.
Dulcis odore, fluens humore, colore nigrescens,
In ripa redolent cassia, myrrha, piper.
Vox avium, dulcor specierum, purpura florum
Dulce canit, nares allicit, ornat humum.
Perflat ibi Zephyrus, non Eurus; aromata sudant,
Non glacies; ibi ver, non ibi regnat hiems.
Nardus, flos, ales spirat, ridet, modulatur;
Hinc erumpit odor, hinc decor, inde melos,
B Flagrat enim nardus, rosa vernat, avis canit;
[ista
Naribus, hæc oculis, auribus illa placent.
Rivus, olos, pavo suadet, demulcet, adumbrat;
Somno litus, aquas murmure, pavo rota.
Rivus garrit, olor citharizat, pavo superbit;
Murmure rivus, olor gutture, pavo rota.
Ludens hædus, avis vaga, læus piscis in herba
Sallitat in nudo [i. in udo], cantat, in amne natat.
Cervus lascivit, gaudet leo, dama jocatur;
Cervus fronte, leo robore, dama pede.
Cursitat hic vitulus, salit hinnulus, accubat hic bos.
Ludit, captat olus, itque reditque lepus.
Non onus hic, non hic laqueos, non ille ruinam,
Non hic insidias, non timet ille canem.
Inter tot rerum præclara monilia, pratam
D Imminet hic speculum, silva jocosæ, tuum.
De tot deliciis, de tot titulis sibi grandem.
Laudis fasciculum vindicat iste locus.
Argis nonnullis, Narcissis pluribus, Orpheis
Innumeris humus hæc vernat, abundat, olet.
Stellifer Argus ibi, Narcissus floriger, Orpheus;
Plectrifer hic rutilat, hic decet, ille canit.
Argum pavo gerit, Narcissum flos, olor Orpheum;
Hunc oculi decor, hunc sua plectra decent,
Astris scintillat pavonis cauda decorem,